



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XX. De bonitate, & malitia exteriorum actuum humanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Super Questionis vigesima. Articulus primus.

Circa questionis 20. articulum primu[m], diligenter notato terminos tituli. factum uoluntatis, actum exteriorum, & prioritatem bonitatis moralis. Actus uoluntatis sumi pot dupliciter, uno modo secundum...

secundo modo secundum se, alio modo ut est forma, seu conditio actus exteriorum humanorum: hic sumitur primo modo. Similiter actus exterior sumitur tripliciter, primo, secundum id praecise quod habet a potentia executiva, & re, tempore, loco, seculi obedientia uoluntatis. Et sic, cum non sit capax bonitatis, uel malitiae moralis: quonia[m] haec circa uoluntaria tantum sunt, non sumitur. Alio modo sumitur, ut est compositum ex supra dictis, & actu uoluntatis, ita quod ex ipso & uoluntatis actu sit unus numero actus: & sic etiam non sumitur hic: esset enim comparatio partis ad totum, & e converso. Tertio modo sumitur secundum id, quod habet ex se, & quod participat ex actu uoluntatis: ita quod distinguatur actus exterior uoluntarius contra ipsam actum uoluntatis in se, quicquid sit illud quod significat, ly, uoluntarius: & hoc modo sumitur in proposito, ubi comparatur actus exterior humanus actui interiori uoluntatis in se, cui prius conueniunt bonitas moralis: & est sermo de prioritate naturae, & exteriori a uoluntate. Actus enim intellectus hoc in loco actus exterior uoluntarius: currit enim cursu aliorum a uoluntate.

In corpore eiusdem articuli, aduerte primo diligenter, quod sicut de ceteris rebus tractando, de rebus doctrinam facimus existentibus tempore suo in rerum natura: & tamen eisdem in abstractione concepta discutimus, & examinamus, & ea quae de illis, quamuis abstracte conceptis, secundum se nera comprehendimus in eisdem in rerum natura inuenimus uerificamus, ut patet inductiue: ita de actibus humanis exterioribus loquendo, intellige, quod actus talis, puta, uti re sua quando oportet, ubi oportet &c. est secundum se actus formaliter bonus moraliter ex genere, & circumstantiis: sicut sapere, videre, &c. sicut quaedam secundum se formaliter bona transcendenter: & quod positi in rerum natura huiusmodi actus, sunt etiam formaliter boni: nec est alia bonitas, qua est bonus

QVAESTIO. XX. De bonitate & malitia exteriorum actuum humanorum, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de bonitate, & malitia quantum ad exteriores actus.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

Primo, Vtrum bonitas, & malitia per prius sit in actu uoluntatis, uel in actu exteriori.

Secundo, Vtrum tota bonitas, uel malitia actus exterioris dependeat ex bonitate uoluntatis.

Tertio, Vtrum sit eadem bonitas & malitia interioris, & exterioris actus.

Quarto, Vtrum actus exterior aliquid addat de bonitate, uel malitia supra actum interiorum.

Quinto, Vtrum euentus sequens aliquid addat de bonitate, uel malitia ad actum exteriorum.

Sexto, Vtrum idem actus exterior possit esse bonus, & malus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonitas, uel malitia per prius sit in actu uoluntatis, uel in actu exteriori.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod bonu[m] & malum per prius consistat in actu exteriori, quam in actu uoluntatis. Voluntas enim habet bonitatem ex obiecto, ut supra dictum est: sed actus exterior est obiectum interioris actus uoluntatis: dicitur enim uelle furtum, uel uelle dare elemosynam: ergo malum & bonum per prius est in actu exteriori, quam in actu uoluntatis.

Præterea. Bonum per prius conuenit fini, quia ea quae sunt ad finem, habent rationem boni ex ordine ad finem: actus autem uoluntatis non potest esse finis, ut supra dictum est: actus autem alterius potentia potest esse

actus abstracte conceptus, & actus in rerum natura positus: sicut non est alia humanitas, qua homo abstracte conceptus est homo, & qua homo positus in rerum natura est homo: sed bene est alius essendi modus, quia in rerum natura, & in abstractione. Scito secundo, quod aliud est loqui de actibus absolute, aliud ut sunt obiecta, aliud ut sunt in rerum natura, aliud ut sunt in executione. Quae enim conueniunt alii cui absolute, conueniunt in rerum natura, nisi conueniant non repugnanter, ut alibi dictum est: quae autem conueniunt ut obiecta sunt, & quae ut in executione sunt, habitudines important ad ea, quorum sunt obiecta, & a quibus sunt &c. Praelibata autem uolui haec esse, ut intelligas primo, quod actus exterior, uerbi gratia, Vni re sua absolute, est formaliter bonus moraliter: ac per hoc positus in rerum natura, est etiam formaliter bonus moraliter: & positus in esse obiectiuo uoluntatis nostrae, est bonus etiam obiectiue: & positus in executione, est effectus bonus. Secundo, quod quia idem est loqui de conditionibus secundum se rei absolute, & in rerum natura, non distinguas inter bonitatem moralem actus exterioris secundum se, & ut in rerum natura, sed pro eodem computes: ac per hoc cum dicitur, quod bonitas ex materia & circumstantiis prius conuenit actui extra secundum se, quod uoluntati, intelligas, quod prius conuenit huiusmodi bonitas actui exteriori in rerum natura, quod uoluntati. Et cum his intelligas tertio, quod prius conuenit bonitas ista actui exteriori obiectiue, quam in executione. Et sic prius conuenit haec bonitas actui exteriori secundum se: ac per hoc in rerum natura absolute: secundo, ipsimet obiectiue: tertio, actui uoluntatis cui obijciuntur: quarto, ipsimet in executione: sicut sanitas primo conuenit animali, siue abstracte conuenit medicinae & quibuscunque alijs. Scito quarto, quod si quaeras rationem, quare bonitas actus exterioris ex materia & circumstantiis prius conuenit ipsi, quam uoluntati: in litera tangitur duplex ratio. Prima est, quia conuenit ipsi per se, & consequenter uoluntati per ipsam. Non enim ideo tollere aliena est malus actus moralis, quia uelle hoc, est malum, sed e converso: quia hoc est malum

finis: ergo per prius consistit bonum in actu potentiae alterius, quam in actu uoluntatis.

Præterea. Actus uoluntatis formaliter se habet ad actum exteriorum, ut supra dictum est: sed id quod est formale, est posterius: nam forma aduenit materiae: ergo per prius est bonum & malum in actu exteriori, quam in actu uoluntatis.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in lib. Retractionum, quod uoluntas est, qua peccatur, & recte uiuitur: ergo bonum & malum morale per prius consistit in uoluntate.

RESPOND. Dicendum, quod aliqui actus exteriores possunt dici boni, uel mali dupliciter. Vno modo secundum genus suum, & secundum circumstantias in ipsis consideratas: sicut dare elemosynam, seruatis debitis circumstantiis, dicitur esse bonum. Alio modo dicitur aliquid esse bonum, uel malum ex ordine ad finem, sicut dare elemosynam propter inanem gloriam, dicitur esse malum. Cum autem finis sit proprium obiectum uoluntatis, manifestum est, quod ista ratio boni, uel mali, quam habet actus exterior ex ordine ad finem, per prius inuenitur in actu uoluntatis, & ex eo deriuatur ad actum exteriorum. Bonitas autem, uel malitia, quam habet actus exterior secundum se propter debitam materiam & debitas circumstantias, non deriuatur a uoluntate, sed magis a ratione. Vnde, si consideretur bonitas exterioris actus secundum quod est in ordinatione, & apprehensione rationis, prior est, quam bonitas actus uoluntatis: sed, si consideretur secundum quod est in executione operis, sequitur bonitatem uoluntatis, quae est principium eius.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actus exterior est obiectum uoluntatis, in quantum proponitur uoluntati a ratione, ut quoddam bonum apprehensum, & ordinatum per rationem, & sic est prius

concepto, siue in rerum natura: deinde conuenit medicinae & quibuscunque alijs. Scito quarto, quod si quaeras rationem, quare bonitas actus exterioris ex materia & circumstantiis prius conuenit ipsi, quam uoluntati: in litera tangitur duplex ratio. Prima est, quia conuenit ipsi per se, & consequenter uoluntati per ipsam. Non enim ideo tollere aliena est malus actus moralis, quia uelle hoc, est malum, sed e converso: quia hoc est malum

Prima Secunda S. Thomae.

lib. 2. cap. 9. circa medium 10. 2.

q. 18. art. 6.

G mora-

q. 19. art. 1.

q. 1. art. 1. ad 2.

moraliter: ideo voluntas eius est mala. Secunda est, quia haec bonitas pendet a ratione, & non a voluntate: sed quomodo hoc verum sit, in sequenti tractabitur. Et quod reliquum est, scilicet, quomodo bonitas actus propria exterioris in executione sit a voluntate, in 3. articulo tractabitur.

¶ Super Quaestio 20. Art. secundum.

In titulo 2. articuli statim dubium occurrit, quomodo post determinationem, quod bonitas aliqua prius convenit actui exteriori, quam voluntati, dubitari rite potest, an tota eius bonitas pendeat ex voluntate. Si enim prius actui convenit quam voluntati aliqua bonitas, liquet quod illa non pendet a voluntate. Prius enim non dependet a posteriori: ac per hoc constat, quod non tota bonitas actus exterioris pendet ex voluntate. Nulla ergo est hic rationabilis ratio.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia actus exterior voluntatis claudit in se dependentiam a voluntate: ideo stat, quod bonitas prius secundum naturam insit ipsi actui humano exteriori, quam voluntati. Adhuc restat ambiguum, an etiam illa bonitas, quae prius ei convenit, dependeat a voluntate. Licet enim prius non dependeat a posteriori, quod tamen prius inest alicui, potest dependere ab eo, cui posterior inest. Et est simile, si conclusio, quod sanum prius inest animali, quam medicinae, quaratur an sanitas animalis dependeat a medicina.

¶ Circa doctrinam in corpore eiusdem secundi articuli traditam, dubium occurrit quadruplex. Primum, quia sicut bonitas ex materia & circumstantiis est ex ratione, ita bonitas finis: neque enim finis, neque actus quicumque pertinet ad genus moris, nisi ut stat sub ordine rationis. Ratio ergo est causa omnis bonitatis: utraque ergo bonitas debuit in rationem reduci, & non altera in voluntatem, & altera in rationem, ut in litera fit.

¶ Secundum dubium est, quia aut hic sermo est de actu exteriori absolute, aut ut est in executione. Si absolute, cum sic praevenerit voluntatem ut obiectum, nihil aliud est dicere, quod bonitas actus exterioris, non est a voluntate, quam dicere, quod bonitas obiecti voluntatis non est a voluntate: & cum hoc commune sit utrique voluntatis obiecto, scilicet fini, & actui extrinseco, debuit de utroque dici, quod non dependet a voluntate, & non dispar iudicium proferri, ut in litera fit. Si autem, ut est effectus voluntatis, cum bonitas utraque ex obiectis ad actum voluntatis, & ex actu voluntatis in actum exteriori imperatum, & factum deventis, par quoque debuit proferri sententia, quod utraque scilicet est a voluntate dependente ab obiecto sub ratione, & non sicut in litera fit, altera tantum bonitas in voluntatem reduci.

¶ Tertium dubium est, quia cum una circumstantiarum actus exterioris, sit finis, oportet quod bonitas actus exterioris ex genere & circumstantiis dependeat a voluntate: quoniam ab ea dependet bonitas ex fine: ut in litera dicitur. Est ergo implicatio, dicere, quod bonitas actus exterioris ex fine dependet a voluntate: & quod bonitas eius ex genere, & circumstantiis non dependet ex ea. clauditur enim in hac bonitas ex fine.

¶ Quartum dubium est directe contra bonitatem actus exterioris in executione: quia cum respectu voluntatis obiectum & finis coincidunt, ut dictum est, actus exterior obiectus voluntati, oportet quod sit eius finis, ac per hoc voluntas sit bona ex eo, sicut ex fine. Et tunc sic, bonitas ex fine in actu exteriori pendet tota ex voluntate, quia finis est obiectum proprium voluntatis: sed bonitas actus exterioris est bonitas ex fine, quia actus exterior obiectus & finis est voluntatis. ergo tota bonitas actus exterioris pendet ex voluntate: & idem est iudicium de utraque bonitate.

quam bonum actus voluntatis: in quantum vero consistit in executione operis, est effectus voluntatis, & sequitur voluntatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod finis est prior in intentione, sed est posterior in executione.

AD TERTIUM dicendum, quod forma secundum quod est recepta in materia, est posterior via generationis, quam materia, licet sit prior natura: sed secundum quod est in causa agente, est omnibus modis prior. Voluntas autem comparatur ad actum exterioriorem, sicut causa efficiens: unde bonitas actus voluntatis est forma exterioris actus, sicut in causa agente existens.

ARTICVLVS II.

Utrum tota bonitas, & malitia exterioris actus dependeat ex bonitate voluntatis.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod tota bonitas,

¶ Ad primum horum dicitur, quod hic non comparatur finis actui exteriori, ut argumentum credit: sed comparatur bonitas vel malitia ex fine in actu exteriori inuenta, bonitati vel malitia ex genere & circumstantiis in eodem existenti. Verbi gratia, in hoc actu, uti re sua quando oportet &c. propter bonum patriae, inuenitur duplex bonitas, scilicet ex fine, quia propter bonum patriae: & ex genere & circumstantiis, quia re sua quando oportet &c. Et sic hic comparatio eorum, & dicitur primo quod bonitas ex fine in huiusmodi actu inuenta pendet per se ex interiori actu voluntatis: quia finis ex hoc quod est proprium voluntatis, solum obiectum, confert inter actus actui voluntatis primo bonitatem suam: ita quod voluntatis actus est primo bonus tali bonitate. & per ipsum talis bonitas convenit, cuiusque convenit: & consequenter actus humanus exterior profanus habet, quod fit tali bonitate bonus ex actu interiori voluntatis. Dicitur secundum, quod bonitas ex genere, & circumstantiis in eodem actu inuenta, non pendet ex voluntate: quia non ideo hic actus est sic bonus, quia nulle ipsum est bonum, sed e converso: sed pendet ex ratione: inter potentias enim animae principia moralis bonitatis, vel malitiae sunt ratio vel voluntas. Si ergo voluntas non est per se causa huius, relinquatur, quod ratio sit. Et reuera, ratio est principium non solum huius, sed etiam omnis bonitatis & malitiae moralis, quia est principium totius esse moralis: sed quia bonitas inuenta in exteriori actu ex fine pendet non solum ex ratione, sed etiam per se ex voluntate interiori, ex genere autem & circumstantiis ex ratione solum: ideo illa in voluntatem, ut proximam per se causam, haec in rationem deducta est.

& malitia actus exterioris dependeat ex voluntate. Dicitur enim Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere: nec arbor mala facere fructus bonos: per arborem autem, intelligitur voluntas & per fructum, opus, secundum glo. * ergo non potest esse, quod voluntas interior sit bona, & actus exterior sit malus, aut e converso.

¶ 2. Praet. August. dicit in lib. Retractionum, * quod non nisi voluntate peccatur: si ergo non sit peccatum in voluntate, non erit peccatum in exteriori actu: & ideo tota bonitas vel malitia exterioris actus ex voluntate dependet.

¶ 3. Praet. Bonum & malum, de quo nunc loquimur, sunt differentiae moralis actus: differentiae autem per se diuidunt genus secundum Philosophum in 7. Metaph. * Cum igitur actus sit moralis ex eo, quod est voluntarius, videtur, quod bonum & malum accipitur

stantiis in eodem actu inuenta, non pendet ex voluntate: quia non ideo hic actus est sic bonus, quia nulle ipsum est bonum, sed e converso: sed pendet ex ratione: inter potentias enim animae principia moralis bonitatis, vel malitiae sunt ratio vel voluntas. Si ergo voluntas non est per se causa huius, relinquatur, quod ratio sit. Et reuera, ratio est principium non solum huius, sed etiam omnis bonitatis & malitiae moralis, quia est principium totius esse moralis: sed quia bonitas inuenta in exteriori actu ex fine pendet non solum ex ratione, sed etiam per se ex voluntate interiori, ex genere autem & circumstantiis ex ratione solum: ideo illa in voluntatem, ut proximam per se causam, haec in rationem deducta est.

¶ Ad secundum dicitur, quod licet hic sermo sit de actu exteriori simpliciter, & non restricto ad executionem: tamen iungendo ipsum cum dictis in articulo precedenti, potest dici, quod hic est sermo de actu exteriori utroque modo, ut in litera patet. Et cum contra primum membrum obijciatur: respondetur primo, quod non est idem loqui de actu exteriori absolute, & ut obiectum est voluntatis: & consequenter non est idem dicere, Actus exterior est secundum se bonus vel malus, & non ex voluntate: & dicere, quod obiectum voluntatis est bonum secundum se, & non ex voluntate. Actus enim exterior secundum se, abstrahit ab obiecto non obiecto voluntatis. Dicitur secundum, quod hic etiam incidit error, sicut in priori dubio: quia non fit comparatio obiecti ad obiectum, puta, actus exterioris ad finem: sed bonitatis actus ex fine, ad bonitatem eiusdem ex genere & circumstantiis. Unde dato, quod idem sit iudicium de bonitate actus & finis, quod scilicet neutra pendet ex voluntate, non tamen est idem iudicium de bonitate ex fine participata in actu, & bonitate eiusdem secundum genus & circumstantias: quia illa ex voluntate, haec non, pendet. & hoc fit in litera. Tertio dicitur, quod si compararetur obiectum ad obiectum, adhuc aliquid singulari innuaretur in actu, quod non in fine, dicendo, quod bonitas actus extrinseci obiecti non est ex voluntate, quia hoc obiectum differt a fine dupliciter. Primum, quia est actio quaedam: Secundum, quia est dependens a voluntate, est enim actus humanus: finis autem nec dependens a voluntate, nec actionem aliquam exprimit. unde dicitur de actione a voluntate dependente, quod nec dependet in propria bonitate ab actu interiori voluntatis, aliquid annotatione dignum est: non sic de fine, quoniam liquidum est. Ad id iterum quod contra secundum membrum obijciatur, dicitur, quod licet actus exterior in executione habeat bonitatem utranque ex voluntate, & voluntate

ab obiectis, dissimiliter tamen hoc fit: quia bonitas ex fine descendit in actum interiore uoluntatis per se & formaliter in actum uero exteriori in executione, denominatiue tantum. Bonitas uero ex genere & circumstantia ex obiecto deriuatur in actum interiore, denominatiue tantum, & per eum in actum exteriori formaliter: sicut ex sano in animali, denominatur medicina sana, qua animal fit sanum formaliter: unde non est de utraque bonitate eadem ratio, etiam in executione.

cap. 7. parum ante mediu tom. 4.
art. preced.
lib. 1. circ. tom. 1.
q. preced. art. sic. 6. & 7.

in actu solū ex parte uoluntatis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. contra Mendacium*, quod quaedam sunt, quae nullo quasi bono fine, aut bona uoluntate possunt bene fieri.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est*, in exteriori actu potest considerari duplex bonitas, uel malitia. Vnā secundū debitam materiam & circumstantias: Alia secundum ordinem ad finem. Et illa quidem quae est secundum ordinem ad finem, tota dependet ex uoluntate: illa autē quae est ex debita materia, uel circumstantiis, dependet ex ratione. & ex hac dependet bonitas uoluntatis, secundum quod in ipsa fertur.

Est autem considerādū, quod sicut supra dictum est*, ad hoc quod ali-

Ad tertium ergo dubium dicitur, quod si posset separari bonitas alicuius finis, ut circumstantia est, a bonitate eiusdem, ut specificans respectu eiusdem actus, facile dici posset distinguendum, quod finis ut circumstantia, spectat ad bonitatem actus exterioris ex genere & circumstantiis: finis autē ut specificans, spectat ad uoluntatem: & sic non esset implicatio dicere, quod bonitas ex fine in actu exteriori, pendet ex uoluntate: & quod bonitas ex genere & circumstantiis, etiam finis, non pendet ex uoluntate: quia in prima propositione esset sermo de bonitate ex fine specificante actū exteriori formaliter sumptum: in secunda uero de bonitate ex fine & circumstantia eiusdem materialiter sumpti. Sed quia intelligi non potest, quod idem numero actus exterior moralis, sit talis materialiter sumptus ex aliquo fine, ut circumstantia, & non sit talis formaliter sumptus ex eodem fine, ut specificante (non enim si quis orat ut furetur, intelligi potest, quod oratio sit mala ex furto circumstantia: & oratio ut uoluita sit non mala ex furto specificante. Et rursum, quia finis ut finis licet adiunctus, est circumstantia actus exterioris moralis, ut ex supradictis patet: & finis ut finis est obiectum proprium uoluntatis) Ideo dicendum est, quod bonitas ex fine sine circumstantia, sine specificante, media uoluntate ad exteriori actum pertinet: ita quod actus exterior non habet bonitatem ex fine circumstante, nisi dependente a uoluntate: & bonitas ex fine deriuatur in actum interiore uoluntatis specificatiue & formaliter: in actum uero exteriori formaliter sumptum, id est, ut fiat sub interiori: specificatiue quoque, sed secundario: in eundem autem materialiter sumptum, ut adiacens circumstantia. Cum ergo comparatur bonitas exterioris ex fine, ad bonitatem eiusdem ex genere, & circumstantiis, intellige ex circumstantiis manentibus pure circumstantiis, qualis non est circumstantia finis: quia, ut superius est dictum, transit in specificans, & consequenter substantialiter.

Ad quartum dubium, antequam respondeatur, aduertendum est, quod quia querit de diuersitate bonitatis in ipso actu uoluntatis ex fine, & ex actu uolito, seu obiecto: & contra hanc diuersitatem arguit, & hac diuersitas dicitur consistere in hoc: quod bonitas ex fine inest uoluntati formaliter: bonitas autem ex actu uolito inest ipsi uoluntati denominatiue, propter rationem supradictam, scilicet quia inter actus, bonitas ex fine primo saluatur in uoluntatis actu, cuius finis est proprium obiectum: bonitas autem ex materia & circumstantiis, primo saluatur in ipso actu exteriori. Quia ergo haec sunt connexa, primo uidebitur quare finis bonificat uoluntatem formaliter, & actus uolitus, qui est etiam finis, quia obiectum & finis respectu uoluntatis est idē, non bonificat ipsam formaliter, sed denominatiue, & sic deinde formaliter satisfiet questio. Dicitur ergo quod quia, ut in artic. 2. questio precedentis dictum est, differens bonitas actus interioris uoluntatis ex obiecto & fine, per accidens inuenitur in eodē;

A ideo bonitas ex fine, qui coherret per se, inest formaliter: bonitas autem ex obiecto, denominatiue. Sed haec responsio peccat secundum non causam ut causam. Ex hoc enim, quod differentia duarum bonitatum in actu interiori uoluntatis est per accidens, non sequitur, quod utraque secundum se, aut altera, inest denominatiue eidē: stat enim quod distinctio earum concurrat per accidens in eodē, & tamen utraque secundum se inest: sicut stat concursus creditoris & debitoris in eandem plateam esse per accidens, & tamen iter utriusque secundum se, ad illum locum esse. Dicitur aliter, quod quia actus exterior in casu posito non concurrat sub ratione finis, sed obiecti, licet sit finis: immo distinguitur contra finem, cum dicitur bonitas ex fine, & bonitas ex obiecto: & sola bonitas ex fine fit formaliter in uoluntate: quia sola est ex proprio obiecto ut sic, ideo bonitas in actu interiori uoluntatis ex fine, est formaliter, & ex obiecto, est denominatiue. Et secundum hoc oportet dicere, quod quando actus exterior est finis, dat bonitatem actui interiori formaliter: quando uero est obiectum tantum, dat bonitatem interiori actui denominatiue. Verbi gratia, si quis uult fornicari, non propter alium adiunctum finem, actus interior uoluntatis erit in specie fornicationis formaliter: quia fornicari est finis. Si quis uero uult fornicari propter furari, tunc actus interior uoluntatis erit in duabus speciebus, scilicet in specie furti formaliter: in specie uero fornicationis denominatiue. Sed quoniam superius dictum est, quod uoluntas in quocumque fertur, aut fertur sub ratione finis, aut propter finem: & quando fertur, in propter finem, fertur formaliter in finem: ideo non consonat dicere, quod actus exterior in casu posito non est uolitus ut finis, sed ut obiectum tantum. Oportet enim ut finem, uel propter finem esse uolitus, sed non propter finem tantum: quia etiam secundum se propter propriam bonitatem est uolitus: unde & in propria reponit specie actū interiorē uoluntatis, licet denominatiue. Ergo. Et confirmatur, quia in 2. art. precedentis questionis, ubi dicitur, quod non differt in uoluntate bonitas ex fine & obiecto, expresse obiectum ipsum uocatur finis, cum subditur, nisi sicut finis dependet ex fine. Aliter ergo distinguendo de fine & subfine: & quod quando quis uult fornicari ut furetur, furtū est finis: fornicatio uero subfinis: & quod finis facit actū interiorē formaliter talem, subfinis autem denominatiue. Sed haec responsio non satisfacit: quoniam ex distinctione subfinis a fine, nihil aliud apparet sequi, nisi quod finis principalem locū tenet, & subfinis secundarium: ac per hoc finis bonificat formaliter actum interiorē uoluntatis, cum subfinis claudatur infra latitudinem finis, etiam ipse bonificabit eundē formaliter, licet secundario. Aliter ergo occurrit dicendum. Ad cuius euidentiam nota tria: Primum est, quod sicut sunt duo genera humanorum actuum, scilicet actus interior uoluntatis, & actus uoluntatis exterior: ita dantur duo propria bonificatiua actuum formaliter, scilicet finis & materia cum circumstantiis. Et finis quidem ut sic, bonificatiuus est interioris actus uoluntatis, ita quod ipse est primo formaliter bonus ex fine: materia autem cum circumstantiis, bonificatiua est actus exterioris uoluntatis, ita quod ipse primo est formaliter bonus ex materia & circumstantiis. Secundum est, quod licet multipliciter contingat bonitatem deriuari ex uno in aliud, puta, sicut ex fine, uel obiecto, seu materia circa quam, uel circumstantia, uel actione: in proposito dupliciter contingit bonitatem actus deriuari in alium actum, Vno modo ut sic: ita quod quia talis actus, in quantum actus, est bonus, ideo ille alius actus, in quantum actus, est bonus. Alio modo, ut alter eorum, uel uterque induit rationem finis, uel obiecti cuiuslibet alterius, Differentia autem inter has duas deriuationes est, quod prima deriuatio, ut dicit Thomaz placet in calce sequentis articuli, est secundum denominationem tantum, ita quod nec actus exterior ab interiori, nec interior ab exteriori.

quid sit malum, sufficit unum singularis defectus: ad hoc autem quod sit simpliciter bonum, non sufficit unum singulare bonū, sed requiritur integritas bonitatis. Si igitur uoluntas sit bona & ex obiecto proprio, & ex fine, cōsequens est, actum exteriorē esse bonū: Sed non sufficit ad hoc, quod actus exterior sit bonus bonitate uoluntatis, quae est ex intentione finis. Sed, si uoluntas sit mala siue ex intentione finis, siue ex actu uolito, consequens est, actū exteriorē esse malum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uoluntas bona, prout significatur per arborem bonam, est accipienda secundum quod habet bonitatem ex actu uolito, & ex fine intento.

AD III. dicendum, quod non solū ali-

C cto, est denominatiue. Et secundum hoc oportet dicere, quod quando actus exterior est finis, dat bonitatem actui interiori formaliter: quando uero est obiectum tantum, dat bonitatem interiori actui denominatiue. Verbi gratia, si quis uult fornicari, non propter alium adiunctum finem, actus interior uoluntatis erit in specie fornicationis formaliter: quia fornicari est finis. Si quis uero uult fornicari propter furari, tunc actus interior uoluntatis erit in duabus speciebus, scilicet in specie furti formaliter: in specie uero fornicationis denominatiue. Sed quoniam superius dictum est, quod uoluntas in quocumque fertur, aut fertur sub ratione finis, aut propter finem: & quando fertur, in propter finem, fertur formaliter in finem: ideo non consonat dicere, quod actus exterior in casu posito non est uolitus ut finis, sed ut obiectum tantum. Oportet enim ut finem, uel propter finem esse uolitus, sed non propter finem tantum: quia etiam secundum se propter propriam bonitatem est uolitus: unde & in propria reponit specie actū interiorē uoluntatis, licet denominatiue. Ergo. Et confirmatur, quia in 2. art. precedentis questionis, ubi dicitur, quod non differt in uoluntate bonitas ex fine & obiecto, expresse obiectum ipsum uocatur finis, cum subditur, nisi sicut finis dependet ex fine. Aliter ergo distinguendo de fine & subfine: & quod quando quis uult fornicari ut furetur, furtū est finis: fornicatio uero subfinis: & quod finis facit actū interiorē formaliter talem, subfinis autem denominatiue. Sed haec responsio non satisfacit: quoniam ex distinctione subfinis a fine, nihil aliud apparet sequi, nisi quod finis principalem locū tenet, & subfinis secundarium: ac per hoc finis bonificat formaliter actum interiorē uoluntatis, cum subfinis claudatur infra latitudinem finis, etiam ipse bonificabit eundē formaliter, licet secundario. Aliter ergo occurrit dicendum. Ad cuius euidentiam nota tria: Primum est, quod sicut sunt duo genera humanorum actuum, scilicet actus interior uoluntatis, & actus uoluntatis exterior: ita dantur duo propria bonificatiua actuum formaliter, scilicet finis & materia cum circumstantiis. Et finis quidem ut sic, bonificatiuus est interioris actus uoluntatis, ita quod ipse est primo formaliter bonus ex fine: materia autem cum circumstantiis, bonificatiua est actus exterioris uoluntatis, ita quod ipse primo est formaliter bonus ex materia & circumstantiis. Secundum est, quod licet multipliciter contingat bonitatem deriuari ex uno in aliud, puta, sicut ex fine, uel obiecto, seu materia circa quam, uel circumstantia, uel actione: in proposito dupliciter contingit bonitatem actus deriuari in alium actum, Vno modo ut sic: ita quod quia talis actus, in quantum actus, est bonus, ideo ille alius actus, in quantum actus, est bonus. Alio modo, ut alter eorum, uel uterque induit rationem finis, uel obiecti cuiuslibet alterius, Differentia autem inter has duas deriuationes est, quod prima deriuatio, ut dicit Thomaz placet in calce sequentis articuli, est secundum denominationem tantum, ita quod nec actus exterior ab interiori, nec interior ab exteriori.

Prima Secundae S. Tho. G 2 exteriori

exteriori sit bonus formaliter, sed denominatur ideo bonus, quia est ab illo, aut ad illum. Secunda autem derivatio, quando est a fine quia de alijs non est cura praesens, secundum formaliter est inhaesionem bonitatis. Unde cum quis vult fornicari, ut furetur, licet furum sit actus exterior: quia tamen concurrit ad actum interiore volutatis ut finis, qualificat eum formaliter, & reponit in specie furi formaliter. Tertium est, quod ratio finis boni vel mali, & actus boni vel mali, inveniuntur separate, & coniuncte. Separate quidem, quod scilicet est finis & non actus: ut cum quis vult Deum esse, & econverso, quod est actus & non finis, ut est quis vult actum indifferente, puta, leuare testicam de terra: vel volutum nisi propter finem, ut proiectione mercium in mare. Coniuncte vero ita quod sui coniungitur actus, sicut cum quis vult fornicari propter furari: furari enim tunc habet primo ratione finis, cui subternitur actus furandi; uel actui coniungitur finis, sicut in exemplo posito, fornicari, tenet primo ratione actus, cui coniungitur, ratio finis: dum non solum ille vult incurrere malum furti, sed etiam malum fornicationis, qui propter furtum non incurreret malum incestus materni. Hoc enim signum est, quod vult vel horret etiam malitiam actus talis secundum se, quod est uelle illum ut finem. Ex his autem dicitur ad motum dubium, quod termino dicens, quod finis qualificat formaliter actum interiore voluntatis, actus autem exterior denominatiue tantum, intelligendus est formaliter, in quantum finis, & in quantum actus: cum quo tamen stat quod actus exterior, ut finis, qualificat voluntatis actum interiore formaliter: siue actus exterior rationem habeat finis principalis, siue secundarij. Unde sicut non inconuenit, quod in exemplo posito, scilicet cum quis vult fornicari, ut furetur, quod furti malitia ex genere & circumstantijs deriuetur formaliter in actum interiore voluntatis, in quantum habet rationem finis, & non deriuetur in eundem, nisi denominatiue, in quantum habet rationem actus: ita non inconuenit quod fornicationis malitia ex genere & circumstantijs, in quantum habet rationem actus, non deriuetur in actum interiore voluntatis nisi denominatiue: & in quantum habet quandam finis rationem, deriuetur in eundem formaliter. Et sic, cum idem est actus & finis omnino, ut cum vult quis fornicari, non propter alium finem &c. actus exterior voluntatis ex fornicatione, ut habet rationem finis, est malus formaliter. Et ex eadem, ut habet rationem actus, est malus denominatiue. Sic ergo solutio in formali, quod actus uoluntatis in quantum actus, & in quantum finis, distinguendus est: & quod e ipso in quantum actus, uerificatur, quod aliter bonificat, & aliter, & aliunde est bonus. Et secundum hoc patet, quod non eodem modo tota bonitas actus exterioris in executione, comparatur ad uoluntatem: quia sola illa, quae ex fine est, a uoluntate pendet; reliqua enim a seipso per uoluntatem descendit in seipsum in executione. Et sic omnia consonant: immo ut in sequentibus huius quaestions patebit, non uidetur possibile saluare doctrinam auctoris, De identitate & diuersitate: & de additione bonitatis & malitiae actus exterioris ad interiore, nisi sic eam intelligendo.

¶ Super quaestione uigesima articulum tertium.

IN titulo articuli tertij eiusdem uigesima quaestions, quaestio est De identitate numerali, &c.

In corpore eiusdem articuli, aduerte duo. Primum, est Duplex aliqua accidentia distinguuntur, numero scilicet, uel propter numerationem subiecti, ut albedo in Sorte & Platone; uel propter numerationem essentiae, ut albedo & dulcedo in eodem pomo. Et propterea litera intendens, quod utraque bonitas est inuis, & utraque extra, & ponens quod uterque actus est unus actus in genere moris, uult quod quandoque sit una nu-

quis uoluntate peccat, quando uult malum finem, sed etiam quando uult malum actum.

AD TERTIUM dicitur, quod uoluntarium dicitur non solum actus uoluntatis, sed etiam actus exterioris, prout a uoluntate procedunt & ratione: & ideo circa utroque actus potest esse differentia boni & mali.

ARTICVLVS III.

Utrum bonitas & malitia sit eadem exterioris & interioris actus.

AD TERTIUM sic proceditur. **V**idetur, quod non eadem sit bonitas, uel malitia actus interioris uoluntatis & exterioris actus. Actus enim interioris principij est uis animae interior apprehensio sua uel appetitiua. Actus autem

Ferrositate subiecti & essentiae, quandoque duae numerositate essentiae, non subiecti: quia uterque actus est unum subiectum numero. Secundum est, quod hinc expressè, ut responsio ad tertium manifestat, habes, quod derivatio bonitatis uel malitiae ex actu in actum, non est formalis, sed denominatiua tantum.

exterioris principium, est potentia exequens motum. Vbi autem sunt diuersa principia actionis, ibi sunt diuersi actus: actus autem est subiectum bonitatis, uel malitiae. Non potest autem esse idem accidens in diuersis subiectis, ergo non potest esse eadem bonitas interioris & exterioris actus.

¶ 1. Prater. Virtus est, quae bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, ut dicitur in 2. Ethico. * sed alia est uirtus intellectualis in potentia imperante, & alia uirtus moralis in potentia imperata, ut patet in principio 2. Ethico. * ergo alia est bonitas actus interioris, quae est potentiae imperantis, & alia est bonitas actus exterioris, quae est potentiae imperatae.

¶ 3. Prater. Causa & effectus idem

secundum se, ut bene epulari propter sanitatem. Tertio, ut habes ex se & non ex alio fine: ut cum actus exterior propter se est uoluitus, puta contemplatio uel adulterium: hic enim tertius modus in litera non ponitur, & tamen frequentissimus est, dum uolumus actus uirtutum uel uitiorum non propter alium finem. Tertium est, quia uoluntaria uidentur doctrina auctoris quod ad hoc, quod derivatio bonitatis uel malitiae actus ab actu, non est secundum formam, ut calidum deriuatur ex calido: sed secundum denominationem, ut sanum denominatur in alijs a sano in animali. Quartum est circa ipsam conclusionem, contra quam arguit Scotus in quod. quaest. 18. tripliciter probando, quod non est eadem bonitas uel malitia actus interioris & exterioris. Primo, auctoritate Aug. 13. de Tri. dicens, quod male uolendo miser est, minus tamen esset, si nihil eorum quae perperam uoluit, habere potuisset. Secundo ratione, quia alia est integritas uoluntatum secundum rationem rectam ad bonitatem actus interioris, & alia requisitorum ad bonitatem actus exterioris, ergo. Tertio etiam ratione, quia nihil est causa, medium, & ratio simpliciter: sed actus interior bonus & exterior bonus se habent in bonitate ut causa & cauiatum, ut immediatum & medium, & huiusmodi, ergo. Quarto arguit contra idem Grego. de Arimino in libro sententiarum. Actus exterior est malus, & non est illud malum quod est actus interior; ergo sunt duo mala, probatur minor: quia adulterium, non est uelle adulterari, nec homicidium est, uelle hominem occidere, & sic de alijs. Sic et apud Capreolium in 4. dist. 1. multa, quae uide ibi: ex his enim solutis facisaculum credimus. ¶ Ad primum horum dicitur, quod sicut in naturalibus, quando unum numero constat ex pluribus, non per accidens, nec frustra quaritur quid ex quo in alterum redundat, ut patet in compositis ex materia & forma: ita in moralibus, licet actus imperas & imperatus sit unus numero actus, non ut simplex, sed ut compositus, non frustra, nec per accidens quaritur, quid, ex quo procedat.

¶ Ad secundum dicitur, quod haec obiectio testatur illam esse auctoris mentem, quam in precedenti articulo diximus, scilicet, quod distinctio bonitatis ex fine & actu intelligitur formaliter, id est, in quantum finis & in quantum actus. Propterea enim non oportuit tertium membrum in litera poni: sed sub secundo membro comprehenditur, quandoque actus exterior est secundus se bonus: unde quando quis uult fornicari, non propter alium finem, malitia actus interioris & exterioris est alia, & alia, non specie, sed numero: ita quod actus interior: uoluntatis, est malus formaliter propria malitia fornicationis, quam habet ex fornicatione ut finis: & actus exterior est malus etiam formaliter propria malitia fornicationis, quam habet ut actus ex genere suo.

¶ Ad tertium dicitur, quod doctrina haec non est uoluntaria, sed in litera tangitur eius fundamentum: quia scilicet, quando aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud, dicitur denominatiue: & non oportet dici formaliter. Quod enim habet aliquid in se formaliter, dicitur tale secundum seipsum, ut patet inductiue. Constat autem

¶ artic. 4. ad 2.

Art. 1. bonitas & q. 1. q. 1.

4. 1. p. cip. 102.

q. 17. & q. 17.

lib. 3. ca. 1. 1. 100. p.

q. 1. 2.

autem, quod actus interior voluntatis dicitur bonus ex actu exteriori in ordine ad ipsum. Dicitur, n. velle furari, malum, quia est ad malum. Et similiter actus exterior dicitur ex actu interiori malus, in ordine ad ipsum. Dicitur, n. actio manus, quia furatur, mala, quia ordinatur a mala voluntate. Vide cum multiplicare entia sine necessitate; non sit rationabile, & ordo sit manifestus ad inuicem, & iustificat ad salutem eorum bonitates & malitias superfluum est ponere, qd est fit deriuatio formalis, ut calor a calore. Et confirmatur, quia si in deriuatione conditionis huiusmodi actus ab actu ponatur deriuatio formalis: oportet eadem deriuationem postmodum dicere, est actus virtutis imputat ab alia, puta fortitudinis a charitate, vt in martyribus, qd a charitate in voluntate deriuat charitas alia in actu exteriori; & similia, qd absurda sunt. Luce ergo fundamētū horū, qd deriuatio bonitatis & malitiae, & talis bonitatis, & talis malitiae i actu ab actu, sic, est non formalis, sed denotatiua, seu non per modum uniuocationis, sed attributionis: & ex eo illuciscunt tibi multa moralia. & hoc bene nota.

Art. 1. & 2. huius q. 6. q. 18. ar. 6. q. 18. ar. 6.

q. 17. ar. 4. q. 17. ar. 6.

q. 18. ar. 6.

q. 108.

esse non pnt. nihil. n. est causa sui ipsius: sed bonitas actus interioris est causa bonitatis actus exterioris, aut econuerso, vt dictum est. * ergo nō potest esse eadem bonitas vtriusque.

SED CONTRA est, qd supra ostensū est, qd actus voluntatis, se hēt vt formale ad actū exteriorē: ex formali autē, & materiali fit vnus. ergo est vna bonitas actus interioris, & exterioris.

RESPON. Dicendum, qd sicut supra dictum est, * Actus interior voluntatis, & actus exterior, put considerantur ingne moris, sunt vnus actus. Contingit autē qnq; actum, qui est vnus subiecto, hēre plures rōnes bonitatis, vel malitiae, & qnque vnā tū. Sic ergo dicendū, qd qnq; est eadē bonitas, vel malitia interioris actus, & exterioris: qnq; alia, & alia. Sicut. n. dictum est, * p̄dicte duae bonitates, vel malitiae. Interioris, & exterioris actus ad inuicē ordinant: cōtingit autē in his, qd ad aliud ordinant; qd aliquid est bonū ex hoc solū, qd ad aliud ordinatur: sicut potio amara ex hoc solo est bona, qd ē sanatiua. vñ non est alia bonitas sanitatis, & potionis, sed vna, & eadem.

Qnq; verō illud qd ad aliud ordinat, hēt in se aliquā rōnem boni, et pter ordinē ad aliud bonū; sicut medicina saporosa hēt rōnē boni delectabilis pter hoc, qd est sanatiua. Sic ergo dicendum, qd qn actus exterior est bonus, vel malus solū ex ordine ad finē, tunc est in eo eadē bonitas, & malitia actus voluntatis, qd per se respicit finem, & actus exterioris, qui respicit finem mediante actu voluntatis. Cū autē actus exterior hēt bonitatē, vel malitiā

ad bonitatem ex fine actus voluntatis interioris & exterioris, licet dissimiliter ad vtrunque se habeat integritas illa, ut patet, cū aliquis vult p̄ finem aliquid nulla alia ratione moraliter bonū, nisi propter finem. Et hęc loquendo de his actibus, in genere moris, licet forte impossibile sit in genere naturae, eadem vtriq; cōuenire quod forte Scotus decepit. Secunda autem ratio eiusdem, ex malo intellectu positionis nostrae procedit. Non. n. dicimus, qd eadem numero bonitas sit causa & causata, sed dicimus, qd sicut sanitas vna numero non diuersificatur in animali, medicina & vrina, & cum hoc a sanitate animalis deriuatur sanitas in vrina & medicina, ita dicimus, qd eadem numero est bonitas vtriusque actus: & qd ex altero in alterum deriuatur secundū denotationē. Vnde concedendo, qd idē non est causa, nec ratio mediandi superius, negat sequela, ergo alterius bonitatis, qd est iophisma consequens: oportet dicere, ergo alterius bonitatis, vel proportionis, vel attributionis ad se: vnde bonitas actus interioris est eadē bonitatis exterioris, id est, proportionis actus exterioris ad bonitatem interiorē, & econuerso: & sic de alijs attributionibus, secundū quas deriuatur denotatio. Ad id quod afferit ex Greg. si nō

A fiat vis in verbis, negat sequela: non. n. valet, Vrina est sana, & animal est sanum: & Vrina sana non est, aial sanum, neq; econuerso. ergo sunt duae sanitates, quia stat numerus habentium diuersimodē cum vnitare numerali rei habitae. Dixi autē, si non fiat vis in uerbis, quia pōt formari argumentum in adiectiuis, & substantiuis: & si in his fiat vis, iam scis ex prima parte, qd nota substantiua non plurificat sine plurificatiōe formae: sed de reb. nunc est qd. Pōt quoq; distingui minor, & dici, qd cum dī, & hoc malum non est illud, materialiter quidem est verum, formaliter autem falsum: quia licet actus exterior malus nec sit interior malus, nec econuerso: malitia tamen vnus est malitia alterius: sicut sanitas animalis est sanitas urinae.

fm se. fm materiā, vel circumstantiam, tunc bonitas exterioris actus est vna, & bonitas voluntatis, quae est ex fine, est alia: ita tñ qd bonitas finis ex voluntate redundat in actum exteriorē: & bonitas malitiae, & circumstantiarum redundat in actum voluntatis, sicut iam dictum est. *

B AD PRIMUM ergo dicendum, qd rō illa pbat, qd actus interior & exterior sunt diuersi fm genus naturae: sed tñ ex eis sic diuersis, constituitur vnū in genere moris, vt supra dictum est. *

C AD SECVNDVM dicendū, quod sicut dī in 6. Eth. * Virtutes morales ordinantur ad ipsos actus virtutum, qui sunt quasi fines: prudentia autē quae est in rōne ad ea quae sunt ad finem, & pp hoc requiruntur diuersae virtutes: sed ratio recta de ipso fine virtutum nō habet aliam bonitatem, quā bonitatem virtutis, secundum quod bonitas rationis participatur in qualibet virtute.

D AD TERTIVM dicendū, qd qñ aliquid de uno deriuatur in alterum, sicut ex causa agente vniuoca, tunc aliud est quod est in vtroque: sicut cum calidum calefacit, alius numero est calor calefacientis, & calor calefacti, licet idem specie. Sed qñ aliquid deriuatur ab vno in alterum fm analogiam vel proportionem, tunc est tñ vnus numero: sicut a sano qd est in corpore animalis, deriuatur sanum ad medicinam & vrina: nec alia sanitas est medicinae, & vrinae, q̄ sanitas animalis, quā medicina facit, & vrina signat, & hoc modo a bonitate voluntatis deriuat bonitas actus exterioris, & econuerso, i. secundum ordinem vnus ad alterū.

E dem, de quo est virtus moralis, non est alia a bonitate morali ipsius virtutis moralis: ac per hoc actus pendens ex recta ratione, & recto appetitu, non propterea habet duas bonitates morales: quomodo autē & quare hoc sit, subiungitur dicendo. Secundum quod bonitas rationis participatur in qualibet virtute, id est, ideo non est distincta bonitas moralis vtriusq; quia in qualibet virtute participatur bonitas rationis. Et scito, quod ly: Bonitas, determinans rationem, cum dicitur, bonitas rationis participatur, dupliciter intelligi potest. Primo in se ipsa ratione, ut est res cuius pars capitur: & sic non significat bonitatem moralem formaliter, sed bonitatem intellectualem formaliter. Rectitudo enim rationis, quae eius est bonitas, non morale, sed intellectualem bonum est formaliter: primordialiter autem & causaliter bonitas est moralis, secundo in ipsis participantibus, ut est pars capta, & sic est bonitas moralis: immo pars omnis bonitatis moralis, & causa in omnibus virtutibus moralibus, quocumque modo intelligatur haec littera, non refert. Semper enim verum est, qd nō est alia bonitas moralis, & qd ratione participationis ipsius, in quamlibet coincidit virtutem moralem.

Prima Secunda S. Thome. G 3 q. 18. ar. 6.

Art. 2. q. 18. ar. 6.

q. 17. ar. 6. Cap. 1. in 6. tom. 5.

q. 108.

Super Questionis vigesime Articulum quartum.

In titulo articuli quarti eiusdem questionis adverte, quod hic directe queritur de actu exteriori, ut est in rerum natura.

In articulum quartum eiusdem vigesime questionis tripliciter dubitatur: Primo

circa primum membrum, scilicet quod

actus exterior nihil addat bonitatis supra actum interiore,

quod ad bonitatem, quae est ex fine. Manifeste enim contra-

dit veritati, & secundo membro: quoniam si quis fornicari vult ut faretur, &

deinde per fornicationem pervenit ad furtum intantum, certum est, quod sicut iste peior est factus fornicando, ita peior factus est furando. Furtum autem est actus exterior: & actus interior voluntatis est ex eo malus malitia, quae est ex fine, ergo quod ad malitiam, quae est ex fine, actus exterior addit in malitia supra malitiam actus interioris.

¶ 2 Præ. Vna & eadem est bonitas interioris, & exterioris actus, ut dictum est: sed augmentum fit per additionem vni ad alterum. ergo actus exterior non addit in bonitate, vel malitia super actum interiore.

¶ 3 Præ. Totā bonitas creaturā nihil addit supra bonitatem divinā, quae tota derivatur a bonitate divinā; sed bonitas actus exterioris quandoque tota derivatur ex bonitate actus interioris: quoniam autē e converso, ut dictum est: non ergo vnum eorum addit in bonitate, vel malitia super alterum.

SED CONTRA. Omne agens intendit consequi bonum, & vitare malum. Si ergo per actum exteriorē nihil additur de bonitate, vel malitia, frustra qui habet bonam

voluntatem, vel malā, facit opus bonum, aut desinit a malo opere: quod est inconueniens.

RESPOND. Dicendum, quod si loquamur de bonitate exterioris actus, quā hēt ex bonitate finis, tunc actus exterior nihil addit ad bonitatem, nisi contingat ipsam voluntatem in se fieri meliorem in bonis, vel peiorē in malis. quod quidem vbi posse contingere tripliciter: Vno modo scilicet numerum, puta, cum aliquis vult aliquid facere bono fine, uel malo: & tunc quidem non facit: postmodum aut vult & facit, duplicatur actus voluntatis: & sic fit duplex bonum, vel duplex malum. Alio modo quantum ad extensionem, puta, cum aliquis vult facere aliquid bono fine, uel malo, & per aliquid impedimentum desistit: alius autē continuat motum voluntatis quousque opus perficiat, manifestum est quod huiusmodi voluntas est diurnior in bono, uel malo, & scilicet hoc est peior uel melior.

Tertio, scilicet intentionem: sunt enim quidam actus exteriores, qui in quantum sunt delectabiles, uel penosi, nati sunt intendere voluntatem, uel remittere. Constat autem, quod quanto voluntas interior tendit in bonum, uel malum, tanto est melior, uel peior. Si autem loquamur de bonitate actus exterioris, quam habet secundum materiam, & debitas circumstantias, sic comparatur ad voluntatem ut terminus & finis, & hoc modo addit ad bonitatem, uel malitiam dicitur, quod, ut ex articulo quarto, quæsi. decimaseptima, superius patet, voluntas potest dici, & esse completa dupliciter. Vno modo secundum illam habitudinem, qua uoluntatis est in uoluntate. Alio modo secundum illam, qua uoluntas tendit in realem affectionem uoliti. Iuxta primum modum significatur perfectio uoluntatis per hoc, quod est uelle perfecte: iuxta secundum uero per hoc, quod est habere perfecte, ut ibidem dictum est. Unde uoluntas parata operari si possit, est perfecta uoluntas, quia perfecte uult, & hoc spectat ad primam habitudinis perfectionem: & est imperfecta simpliciter, quia non peruenit ad hoc, quod realiter habeat id quod uult, & nata est habere. Omnis enim motus deficiens a termino, est imperfectus per priuationem perfectionis in affectione termini consistens. Et cum prima perfectio sit alterius rationis a secunda: & tota latitudo primae comparatur ad secundam, ut imperfectum ad perfectum, ut superius patet, consequens est, quod quantumcumque crescat, & intensius sit interior actus uoluntatis, solus nunquam peruenit ad hoc, quod sit perfectus simpliciter sine affectione exterioris. Propter quod Saluator dixit Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: ponatis dixit, non, uelit ponere.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod sicut sermo praesens est de bono & malo moraliter, non secundum hanc, uel illam legem: ita etiam de premio & poena secundum exigentiam actus boni, uel mali, & non secundum hanc, uel illam legem, nisi forte diuina. Igitur distinguendum est de premio & poena essentiali, uel accidenti.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum actus exterior aliquid addat de bonitate, & malitia supra actum interiore.

AD QVARTVM sic procedit. Vbi, quod exterior actus non addat in bonitate, vel malitia supra actum interiore. Dicitur. Chrysi. super Matt. * Voluntas est, quae aut remuneratur pro bono, aut condennatur pro malo: opera autem testimonia sunt voluntatis. non ergo querit Deus opera pro se, ut sciat quomodo iudicet: sed pro alios, ut omnes intelligant, quia iustus est Deus: sed malum, vel bonum magis est estimandum secundum iudicium Dei, quam secundum iudicium hominum. ergo actus exterior nihil addit ad bonitatem, vel malitiam super actum interiore.

¶ 2 Præ. Vna & eadem est bonitas interioris, & exterioris actus, ut dictum est: sed augmentum fit per additionem vni ad alterum. ergo actus exterior non addit in bonitate, vel malitia super actum interiore.

¶ 3 Præ. Totā bonitas creaturā nihil addit supra bonitatem divinā, quae tota derivatur a bonitate divinā; sed bonitas actus exterioris quandoque tota derivatur ex bonitate actus interioris: quoniam autē e converso, ut dictum est: non ergo vnum eorum addit in bonitate, vel malitia super alterum.

SED CONTRA. Omne agens intendit consequi bonum, & vitare malum. Si ergo per actum exteriorē nihil additur de bonitate, vel malitia, frustra qui habet bonam

& faciens actum bonum, quod uolens facere, & non faciens. Recolligitur secundo, quod doctrina haec de bonitate ex fine, & actu intel ligitur formaliter id est, in quantum huiusmodi: & uidebis, quod quando actus, & finis coincidunt, tunc actus exterior addit, & non addit supra actum interiore in bonitate, & malitia: quia in quantum bonus ex fine ut sic, non addit: ut autem bonus secundum se, sic addit. Et secundum hoc ad primum dubium dicitur, quod ille furando fit proculdubio peior, non quia malitia ex fine in uoluntate, actus exterior ut malus, ex illa aliquid addat: sed quia illi male uoluntati additur actus exterior secundum se malus formaliter. Veruntamen aduerte hic, quod aliud est dicere, quod actus exterior non addit in bonitate, & malitia ex fine actui interiori: & aliud est dicere, quod finis consequens non addit in bonitate, & malitia uoluntati bonae, uel malae ex fine. Primum, non dicitur in littera, secundum autem minime: quin potius ex littera habetur oppositum huius secundi, in ratione secundi membri, ubi dicitur, quod inclinatio perficit in hoc, quod consequitur finem. Et potest confirmari: quia finis est per se primus bonus, t propterea si actus exterior, in quantum per se bonus, addit in bonitate, oportet quod finis, in quantum per se primus bonus, addat etiam in bonitate, & hoc est uerum abique dubio. Unde cum furum habeat rationem finis, eius consequentio, etiam si non esset actus, adderet in bonitate, vel malitia.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod, ut ex articulo quarto, quæsi. decimaseptima, superius patet, uoluntas potest dici, & esse completa dupliciter. Vno modo secundum illam habitudinem, qua uoluntatis est in uoluntate. Alio modo secundum illam, qua uoluntas tendit in realem affectionem uoliti. Iuxta primum modum significatur perfectio uoluntatis per hoc, quod est uelle perfecte: iuxta secundum uero per hoc, quod est habere perfecte, ut ibidem dictum est. Unde uoluntas parata operari si possit, est perfecta uoluntas, quia perfecte uult, & hoc spectat ad primam habitudinis perfectionem: & est imperfecta simpliciter, quia non peruenit ad hoc, quod realiter habeat id quod uult, & nata est habere. Omnis enim motus deficiens a termino, est imperfectus per priuationem perfectionis in affectione termini consistens. Et cum prima perfectio sit alterius rationis a secunda: & tota latitudo primae comparatur ad secundam, ut imperfectum ad perfectum, ut superius patet, consequens est, quod quantumcumque crescat, & intensius sit interior actus uoluntatis, solus nunquam peruenit ad hoc, quod sit perfectus simpliciter sine affectione exterioris. Propter quod Saluator dixit Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: ponatis dixit, non, uelit ponere.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod sicut sermo praesens est de bono & malo moraliter, non secundum hanc, uel illam legem: ita etiam de premio & poena secundum exigentiam actus boni, uel mali, & non secundum hanc, uel illam legem, nisi forte diuina. Igitur distinguendum est de premio & poena essentiali, uel accidenti.

Intra q. 24. art. 3. cor. Et q. 2. q. 76. artic. 4. ad 2. Et 2. dist. 40. art. 3. Et mal. q. 2. artic. 2. ad 3. ex Home. 19. in Mart. aliquantulum ap. 16. to. 2.

Art. præ.

Art. præ.

Tertium dubium est circa illud quod dicitur, quod in uoluntate defectus a faciendo, non tollit aliquid de premio, vel poena. Hoc enim patet esse falsum tam apud diuinum, quam apud humanum iudicium. Martyr enim sola uoluntate subunda, propter defectum exterioris martyrij perdit aliquid de premio, quia caret aureola. Et similiter, qui uoluit percutere clericum, caret poena excommunicationis: & qui uoluit occidere, caret poena mortis. Quarto loco essent forte alterius iudicio, adducenda obiectio: recitata a Capreolo in 4. di. 2. Sed quoniam solutus his, apparebit aut solutio, aut impertinentia earum, omitto.

¶ Ad euidenciam horum recollito primum, quod sicut sanum in urina non addit aliquid sanitatis supra sanitatem animalis: ita bonum ex fine in actu exteriori, nihil bonitatis addit supra bonum actum interiore uoluntatis. Et ratio utrobique est eadem, qui denominatum extrinsecum nihil formae addit supra denominatum formale: unde ex hoc quod author posuit, quod bonitas ex fine, est formaliter in solo actu interiori, oportet consequenter dicere, quod actus exterior nihil bonitatis illius addit: quoniam tali bonitate bonus est, quasi extrinsecum denominatio. Et quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, & e converso: ideo secundum bonitatem, quam habet actus interior uoluntatis ex actu exteriori uolito, actus exterior in rerum natura, quia est formaliter bonus tali bonitate, addit ad bonitatem actus interioris, non aliam bonitatem aut alium bonitatis gradum: sed ipsam eandem bonitatem apponit in suo perfectissimo modo, scilicet formaliter, ac per hoc terminat, perficit, & consummat motum uoluntatis in ipsum ex propria forma, quam in se, & ex se habet. Vnde melior est uolens,

accidentali, & dicendum quod voluntas parata, quantum non oportet propter impotentiam, nihil de premio, vel pena perdit essentiali, quia hoc respondet primae proportioni voluntatis: quae caret aliqua accidentali remuneratione, vel pena respondente ipsi exercitio actus exterioris.

¶ Super Quæstionis vigesima Articuli quintum.

In titulo articuli nota duos terminos. Euentus enim commune vocabulum ad effectum per se, & per accidens, significat id, quod quomodolibet ex actione provenit. Addere verò, præsupponit id, cui additur, & ad augmentum spectat: unde addere ad malitiam, præsupponit malitiam in actu: & addere ad bonitatem, præsupponit bonitatem in eodem. Unde non queritur hic, an actus ex euentu reddatur malus, vel bonus: sed an actus malus ex malo euentu reddatur peior, & bonus ex bono euentu melior. Prima enim quaestio iam soluta est, cum determinatum est, unde actus moralis, & unde actus voluntatis sit bonus, vel malus, scilicet ex fine, obiecto, &c.

Ad primum ergo dicendum, quod Chryso. loquitur, quando voluntas hominis est colummata, & non cessatur ab actu, nisi propter impotentiam faciendi.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de bonitate actus exterioris, quam habet a bonitate finis: sed bonitas actus exterioris, quam habet ex materia, & circumstantiis, est alia a bonitate voluntatis, quae est ex fine: non autem alia a bonitate voluntatis, quae habet ex ipso actu volito, sed comparatur ad ipsam, ut ratio & causa eius, sicut supra dictum est. Et per hoc est patet solutio ad tertium.

ARTICVLVS V.

Utrum euentus sequens, aliquid addat de bonitate, vel malitia ad exteriorem actum.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod euentus sequens addat ad bonitatem, vel malitiam actus. Effectus enim uirtute præexistit in causa, sed euentus consequitur actus, sicut effectus causas. ergo uirtute præexistunt in actibus. Sed unum quodque secundum suam uirtutem iudicatur bonum, vel malum: nam uirtus est, quae bonum facit habentem, ut dicitur in 2. Eth. ergo euentus addunt aliquid ad bonitatem, vel malitiam actus.

¶ 2. Prae. Bona quae faciunt auditores, sunt effectus quidam consequentes ex prædicatione doctoris, sed huiusmodi bona redundant ad meritum prædicatoris, ut patet per id, quod dicitur Philippensum 4. Fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea.

Aliquis, & sciens cum egreditur, illos in eam appetendam exararios, non posset causa alicuius uenialis solati, ire ad proprium horum absque peccato mortali: & infinita similia uidentur sequi, quae homo forte non suffert audire. Falsum autem esse conuincitur ex ratione sic. Actus non recipit additionem in bono, vel in malo, secundum id quod est per accidens, & in paucioribus: sed euentus per accidens, & in paucioribus ex hoc, quod est præuisus, non transit ex per accidens & raro, in per se, aut frequenter, ergo euentus talis ex hoc quod est præuisus, non addit in bonitate, vel malitia.

¶ 3. Prae. Pena non additur, nisi cre scete culpa. Vñ dicitur Deut. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus: sed ex euentu sequente additur ad penam, dicitur. n. Exo. 21. quod si bos fuerit corruptus ab heri & nudius tertius, & cõstiti sunt dñm eius, nec reclusit eum, occideritq; uirum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dñm illius occident. Non autem occideretur, si bos non occidisset hominem, etiam non reclusus. ergo euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

¶ 4. Prae. Si aliquis ingerat cam mortis percussendo, vel sententiam do & mors non sequatur, non contrahitur irregularitas: contraheretur autem si mors sequeretur. ergo euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

SED CONTRA. Euentus sequens non facit actum malum, qui erat bonus: nec bonum, qui erat malus, puta, si aliquis det elemosynam pauperi, qua ille abutatur ad peccatum, nihil deperit ei, qui elemosynam facit, & similiter si aliquis patienter ferat iniuriam sibi factam, non propter hoc excusatur ille, qui fecit. Ergo euentus sequens non addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

RESPON. Dicendum, quod euentus sequens aut est præcogitatus, aut non. Si est præcogitatus, manifestum est, quod addit ad bonitatem, vel malitiam. Cũ. n. aliquis cogitans, quod ex opere suo multa mala possunt sequi, nec propter hoc dimittit; ex hoc apparet voluntas eius esse magis inordinata. Si autem euentus sequens non sit præcogitatus, tunc distinguendum est; quia si per se sequitur ex tali actu, & ut in pluribus, secundum hoc euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus. Manifestum est. n. meliorem actum esse ex suo genere, ex quo possunt plura bona sequi, & peiorem, ex quo nata sunt plura mala sequi. Si uero per accidens, & ut in paucioribus, tunc euentus sequens non addit ad bonitatem, vel ad malitiam actus. Non. n. datur iudicium de re aliqua secundum illud quod est per accidens, sed solum secundum illud quod est per se.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uirtus causae existimatur secundum effectus per se; non autem

¶ malo, secundum id quod est per accidens, & in paucioribus: sed euentus per accidens, & in paucioribus ex hoc, quod est præuisus, non transit ex per accidens & raro, in per se, aut frequenter, ergo euentus talis ex hoc quod est præuisus, non addit in bonitate, vel malitia. Maior huius calce corporis huius articuli. Minor est per se nota: quia præuisio sola nihil confert voluntati. Non. n. ex hoc quod aliquis præuidet aliquid, est bonus vel malus; nec ex hoc quod aliquis præuidet aliquid per accidens futurum ex suo actu, propterea male facit; alioquin Christus præuidens ex manifestatione sui, futura tot scelera Iudeorum, male fecisset manifestando se. Et occidens suum inuaforem, præuidendo eius mortem, & defendendo se, peccaret. Unde super eadem radice formatur alia ratio sic: Præuisio euentus mali per accidens non facit actum malum: ergo præuisio euentus mali per accidens futuri, non facit actum peiorem, si erat malus, iuxta illam regulam, Sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis &c. Et confirmatur: quia faciens actum bonum, puta, vadens ad ecclesiam, & præuidens quod ex eo sequentur alia bona per accidens, & non acceptans illa, nec odio habens, sed stans in sola præuisione, non propterea facit actum meliorem: & tamen expresse in litera primi membri dicitur, quod præuisus effectus addit ad bonitatem. Quid ergo dicemus? Dicendum est, si litera non est defectiua, quod author intendit de euentu quocunque præcogitato, sic, quod delectat in voluntate, ita quod uoluntas fertur in ipsum directè, vel indirectè: ita quod non intendit nisi de euentu præuiso, & uolito siue directè, siue

D. 791. 1102

Artic. 1.

Infra q. 73. ar. 8. Et magis ar. 9. ad 11. & q. 3. artic. 10. ad 5.

Cap. 6. in primum.

indirecte. Et hic sensus potest sumi, ut expositus ab ipsomet inferius in q. 73. arti. 2. ad 2. & artic. 3. ad 2. Et ad primum, ubi dicit, quod euentus sequens, si sit praevius & intentus, addit ad bonitatem, uel malitiam actus, sicut supra dictum est, cum de bonitate & malitia humanorum actu ageretur. Et quia in corpore illius articuli, ponit sub non intento uoluntati indirecte, idem consulto dixi, quod intentio auctoris est loqui de praevio & uolito, siue directe, siue indirecte. Et potest quodque hinc sensus ex hac litera sumi, dum dicitur uoluntas magis inordinata. Cum enim uoluntas non reddatur inordinata ex actu exteriori, nisi in quantum uolito, consequens est, quod nec eius euentus deordinatur nisi uolito: & consequenter ex eodem non magis deordinatur, nisi uolito: Intendit ergo in primo membro siue per se, siue per accidens, siue frequenter, siue raro, & breuiter, euentus quomodo libet actionis propriae sit praevius, & uolitus, addit ad bonitatem uel malitiam actus, & hoc est manifestum: quia hoc spectat ad uoluntatem magis deordinatam in malis, & magis affectum in bonis.

In q. 73. arti. 6. co. Et 2. q. 9. arti. 2. ad 2. & artic. 3. ad 2. Et 2. dist. 40. a. 4. Et ma. q. 2. arti. 4. & veri. q. 1. arti. 4. co. & q. 2. art. 3. cor. Tex. 39. & 40. com. 2.

Tex. 14. 20. 21. com. 3.

¶ Super Quaestione uigesima articulum sextum.

In artic. 6. eiusdem uigesimae quaest. nihil occurrit scribendum, nisi reddere lectorem attentum, quod non dicit auctor, eundem numero actum uoluntatis non posse esse successiue bonum, & malum: sed dicit eundem numero actum in genere moris. Actus enim uoluntatis secundum se est in genere naturae, & secundum suas condiciones in genere moris. Et haec dixerim propter Durandum in 2. distinct. 40. quaest. secunda, ne quis putet contra hanc doctrinam militare.

Arti. 3.

secundum effectus per accidens. Ad secundum dicendum, quod bona, quae auditores faciunt, consequuntur ex praedicatione doctoris, sicut effectus per se: unde redundant ad praemium praedicatoris, & praecipue quando sunt praesentia.

Ad tertium dicendum, quod euentus ille, pro quo illi poena in flagenda mandatur, & per se sequitur ex tali causa, & iterum ponitur ut praecogitatus: & ideo impunitur ad poenam.

Ad quartum dicendum, quod illa procederet, si irregularitas sequeretur culpam. non autem sequitur culpam, sed factum propter aliquem defectum sacramenti.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum idem actus exterior possit esse bonus, & malus.

Ad sextum sic proceditur. Vbi, quod unus actus possit esse bonus, & malus. Motus n. est unus, qui est continuus, ut dicitur in 5. Physic. sed unus motus continuus potest esse bonus, & malus, puta, si aliquis continue ad ecclesiam uadens, primo quidem intendat inanem gloriam, postea intendat Deo seruire, ergo unus actus potest esse bonus, & malus.

¶ 2. Praet. Secundum Philosophum in 3. Physic. Actio & passio sunt unus actus; sed potest esse passio bona, sicut Christi: & actio mala, sicut Iudeorum, ergo unus actus potest esse bonus, & malus.

¶ 3. Praet. Cum seruus sit quasi instrumentum domini, actio serui est actio domini, sicut actio instrumenti est actio artificis: sed potest contingere, quod actio serui procedat ex bona uoluntate domini, & sic sit bona: & ex uoluntate mala serui, & sit mala, ergo idem actus potest esse bonus, & malus.

SED CONTRA. Contraria non possunt esse in eodem: sed bonum, & malum sunt contraria, ergo unus actus non potest esse bonus, & malus.

RESP. Dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse unum, sicut quod est in uno genere, & esse multiplex sicut quod refertur ad aliud genus, sicut superficies continua est una, sicut quod consideratur in genere quantitatis, cum est multiplex, sicut quod refertur ad genus coloris, si partim sit alba, & partim nigra; & sicut hoc nihil prohibet aliquem actum esse unum sicut quod refertur ad genus naturae, qui tamen non est unus sicut quod refertur ad genus moris, sicut & conuertitur, ut dictum est. Ambulatio n.

continua, est unus actus secundum genus naturae: potest tamen contingere, quod sint plures secundum genus moris, si mutetur ambulantis uoluntas, quae est principium actuum moralium. Si ergo accipiat unus actus, prout est in genere moris, impossibile est, quod sit bonus, & malus, bonitate, & malitia morali: si tamen sit unus uoluntate naturae, & non uoluntate moris, potest esse bonus, & malus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ille motus continuus, qui procedit ex diuersa intentione, licet sit unus uoluntate naturae, non est tamen unus uoluntate moris.

AD SECUNDUM dicendum, quod actio, & passio pertinent ad genus moris, in quantum habent rationem uoluntarij. Et ideo secundum quod diuersa uoluntate dicuntur uoluntaria, secundum hoc sunt duo moraliter, & potest ex una parte inesse bonum, & ex alia malum.

AD TERTIUM dicendum, quod actus serui, in quantum procedit ex uoluntate serui, non est actus domini: sed solum in quantum procedit ex mandato domini, unde sic non facit ipsum malum mala uoluntas serui.

QVAESTIO XXI.

De iis quae consequuntur actus humanos, ratione bonitatis, & malitiae, in quatuor articulis diuisa.

¶ Super Quaestione uigesimatercia articulum primum.

DEINDE considerandum est de his, quae consequuntur actus humanos ratione bonitatis, uel malitiae.

¶ Primo, Vtrum actus humanus in quantum est bonus, uel malus, habeat rationem rectitudinis, uel peccati.

¶ Secundo, Vtrum habeat rationem laudabilis, uel culpabilis.

¶ Tertio, Vtrum habeat rationem meriti, uel demeriti.

¶ Quarto, Vtrum habeat rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum actus humanus in quantum est bonus uel malus, habeat rationem rectitudinis, uel peccati.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod actus humanus in quantum est bonus, uel malus, non habeat rationem rectitudinis, uel peccati. Peccata n. sunt monstrata in natura, ut dicitur in 2. Physic. monstrata autem non sunt actus, sed sunt quaedam res generatae praeter ordinem naturae. Ea autem quae sunt sicut in arte & rationem, imitantur ea quae sunt sicut in natura, ut ibidem dicitur, ergo actus ex hoc, quod est inordinatus & malus, non habet rationem peccati.

¶ 2. Praet. Peccatum, ut dicitur in 2. Physic. accidit in natura & arte, cum non peruenitur ad finem in-

IN titulo omnium articulationis 21. aduerte, quod cum quaeritur, Vtrum actus humanus, in quantum bonus uel malus, habeat hoc, uel illud, potest intelligi illa reduplicatio nota. Primo, ut determinat bonitatem, uel malitiam absolute, & sic non sumitur hic, quia hoc esset idem quod quaerere de conuenientibus bono, uel malo absolute, quod non spectat ad moralem, sed metaphysicum, & essent falsae responsiones. Alio modo, ut determinat bonitatem, uel malitiam propriam, seu contractam ad actum huius manus. Et hic est intentus sensus quaestionum, & responsionum, ita quod intendit auctor quaerere, An actus humanus ex sua bonitate, uel malitia, ut sic, habeat rationem rectitudinis, laudabilis, meritorij etiam apud Deum: & similiter peccati, culpabilis, demeritorij etiam apud Deum. Et ut patet in litera, determinat partem affirmatiuam, ita quod actus humanus constituitur in esse boni, uel mali, quasi ex causa formali, & super hoc fundatur, quod ex ordine ad finem recti, uel peccati, ex ordine ad efficiens, laudabilis, uel culpabilis, ex ordine ad alterum meritorij, uel demeritorij.

Mal. q. 1. sic. 2. 11. ium.

Tex. 11. mo 1.

Tex. 11. mo 1.